Lichenologische Beiträge

von

Dr. J. Müller.

XXXV.

1607. **Omphalaria arabica** Müll. Arg.; thallus olivaceo-nigricans, turgidus, umbilicato-affixus, nunc subscutellari-integer, concavus, subtortuosus, 1—2 mm latus, nunc major, magis lobato-v. sublaciniato-divisus et quasi pulvinatim multilobatus, demum lobulis corallinis confertis obtusis $^1/_{10}$—$^1/_8$ mm latis obtectus et *Synalissae* speciem simulans; hyphae thallinae laxae; gonidia olivacea, tetraedrice ordinata et didyma, glomeruli 18—23 μ diametro aequantes; apothecia $^1/_2$—1 mm lata, plana, nigra, margine primum crasso prominente at dein valde attenuato et integro cincta; epithecium late fusco-nigricans; sporae simplices, ellipsoideae et fere globosae, 10—12 μ longae, in ascis 8-nae, superne biseriales. — Inter *O. pulvinatam* Nyl. et *O. quinquetuberam* Müll. Arg. quasi medium tenens. Extus diversissimum *Collema pulposulum* Nyl. (e regione sinaitica) fere refert. — Ad terram in Wadi Mokattab in peninsula sinaitica: Dr. L. Rütimeyer (comm. Prof. L. Fischer).

1608. **Stereocaulon macrocephalum** Müll. Arg.; *St. strictum* Nyl. Syn. p. 239 pr. p., non Th. Fr.; laxe caespitosum, rigidum, eximie strigosum, macrocarpum; podetia circ. pollicaria, erecta, valida, simplicia v. apice pauciramulosa, tota longitudine phyllocladiis subsecundo-strigosissima; phyllocladia circ. $2^1/_2$ mm longa v. superiora breviora, vulgo simplicia, hinc inde bifurcata v. infima magis divisa, subulato-digitiformia, sensim obtuse acuminata, cum podetiis corticata et laevia, cinereo-albida; cephalodia sessilia, subglobosa, scrobiculato-inaequalia, concolora v. vix obscuriora; apothecia terminalia, solitaria aut ad apicem podetiorum aggregata, circ. $2^1/_2$—4 mm lata, biatorina; receptaculum basi hemisphaericum v. demum subplanum; discus mox hemisphaerico-convexus, fuscus; sporae in ascis 8-nae, spiraliter contortae, anguilliformes, 150—200 μ longae, undique 5 μ latae, ad extremitates obtusae. — Juxta *St. piluliferum* Th. M. Fries et *St. strictum* ejusd. locandum est. — Saxicola supra Bhowani, alt. 12—14000 ped. in parte sept. occid. Indiae orientalis: Duthie n. 5227 in hb. Kew.

1609. **Stereocaulon botryophorum** Müll. Arg.; depresso-caespitosum, circ. sesquipollicare et minus, validum, rigidum et albidum; podetia majora $2^1/_2$—4 mm crassa, patenter et subsquarroso-pauciramosa, latere superiore undique phyllocladiis copiosis valde divisis inciso-lobatis et in granula obtuse conica v. hemisphaerica abeuntibus ornata, latere inferiore nuda et glabra, subcompressa; cephalodia stipitata, concolora, dein livido-obscuriora, uviformia, sc. extus quasi uvarum instar e globulis aggregatis composita; apothecia ignota. — Primo intuitu *St. alpinum* Laur. valde robustum simulat, sed cephalodia stipitata et primum concolora affinitatem majorem forte indicant cum grege *St. ramulosi* Ach., a quo statim jam cephalodiorum forma distinguitur. — Saxicola supra Ihala alt. 12—13000 ped. in parte sept. occid. Indiae orientalis: Duthie in hb. Kew.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0373-6

1610. **Cladonia furcata** Hoffmann v. **spiloclada** Müll. Arg.; podetia 3½—4½ cm longa, arrecto-2—3-furcata et simplicia, rigida, 1—2 mm crassa, tota longitudine squamis patentibus 1½—1 mm longis praedita, exceptis extremitatibus undique in fundo cinereo-fuscescente distanter late albido-maculata; rami sensim acuminati (spermogoniis conico-cylindricis). — In monte malaccensi Ophir: Hullett n. 856 in hb. Kew.

1611. **Cladonia rangiformis** v. **incurva** Müll. Arg.; podetia 7—11 cm longa, 1—2½ mm crassa, a basi procumbente arcuatim adscendentia, parce dichotome ramosa, ramulis longe subulato- v. flagellari-acuminatis, undique corticata v. inferne maculari-decorticata, haud farinoso-sorediosa, undique modice squamulosa, in ramulis praesertim versus apicem verruciformi-squamulosa, glauco- v. cinereo-spadicea (colore hinc inde ad *Cl. gracilem* Hoffm. accedens, sed nunquam scyphigera). Apothecia ignota. — In Damdar Valley, alt. 14000 ped., North-Western India, mixta cum *Cl. amaurocraea* Schaer. et *Thamnolia vermiculari* Schaer.: Duthie in hb. Kew.

1612. **Cladonia gracilis** Hoffm. v. **squamosissima** Müll. Arg.; podetia 7—12 cm longa, simplicia aut bifurcata, 1—1½ mm crassa, inferne interrupto-corticata, caeterum continue integra, fusco-cinerea, sterilia subulato-acuminata, reliqua in apothecia deformata subpustuliformia (spiraliter torta et subdecurva ut in *Cl. gracili abortiva* Mudd Brit. Clad. exs. n. 36) abeuntia, a basi usque ad apicem squamis 1½—2 mm longis patentibus et recurvis lobatis et crenatis subtus albis copiose ornata. — Apothecia evoluta normalia haud visa, at adsunt scyphi subobliterati. — China, in prov. Hupeh ad terram: Dr. Aug. Henry n. 6959 in hb. Kew.

1613. **Cladonia flabelliformis** Wainio v. **tenella** Müll. Arg.; podetia valde tenella, undique decorticata, farinulenta, haud squamulosa. — Thalli squamae parvae, ambitu latae, inciso-lobatae, utraque pagina albida; podetia 12—20 mm longa, fere 1 mm crassa, superne in scyphum 3 mm latum abeuntia et nonnihil sulphureo-pulverulenta, sub pulvere tamen alba, sterilia acuta. — Formam gracilem *Cl. macilentae* Hoffm. simulat, sed fertilis visa est distincte scyphigera. — Ad ligna cariosa in monte Tafelberg ad Caput Bonae Spei: Wilms n. 110.

1614. **Usnea longissima** Ach. v. **horridula** Müll. Arg.; rami primarii penduli, elongati, fere pedales, validiusculi, subsimplices et parce ramosi, asperuli, fere tota longitudine fibrillis horizontaliter patentibus rigidulis tantum 2—3 mm longis, hinc inde paucis longioribus admixtis, asperulis et eximie densis obtecti, apice vulgo in ramulos paucos sorediosо-punctulatos flagelliformes abeuntes. — (Specimen inter hanc singularem formam et genuinam *U. longissimam* optime intermedium habeo prope Asserado de Santa Cruz in Mexico a Fred. Mueller lectum; flagellae terminales efibrillosae *U. plicatam* Auct. simulant). — Ad Port Natal Africae australis: Plant.

1615. **Usnea articulata** Hoffm. v. **dimorpha** Müll. Arg.; straminea, rami tenues et laevissimi, parce articulati, ramillis modice numerosis aliis capillaribus elongatis laevibus aut minute nodulosis et simul aliis intermixtis confertim divaricato-ramosissimis et crebre tuberculosis quasi nodulosis praediti; apothecia parvula, straminea, crebre ciliata, cilia breviuscula, simplicia et rudimentarie divaricato-ramulosa et partim nodulosa. — Habitu ad *U. dasypogoidis* v. *exasperatam* Müll. Arg. accedit, sed rami minus dense ramilligeri, tenuiores et distincte articulati, parce impressuli, ramilli demum dimorphi. — Cuba, ramulicola in Pinal de Sta. Ana, alt. 2400 ped.: Eggers Flor. Ind. occ. exs. n. 5015.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0374-1

1616. **Usnea barbata** v. **farinosa** Müll. Arg.; erecta, circ. 6—9 cm longa, dendroideo-ramosa, rami pinnatim fibrillosi et subsetulosi, graciles, delicatuli, superficie laeves, praeter partem inferiorem undique strato continuo farinoso laevigato-soredioso obducti. — Est quasi *U. barbata* v. *florida* Fr. peculiariter soredioso-tecta. — Corticola in Africa australi: Mac Owan.

1617. **Alectoria virens** Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847, p. 188, nunc iterum in parte occid.-septentr. Indiae orientalis ab egreg. et cl. J. F. Duthie lecta, sterilis quidem tantum nota, ex omni analogia et naturali affinitate congenerica esse debet cum *A. ochroleuca* Nyl. s. *Bryopogone ochroleuco* Körb. Syst. Sit dein **Bryopogon virens** Müll. Arg.

1618. **Ramalina fastigiata** Ach. v. **lacerata** Müll. Arg.; thallus dense caespitosus, circ. pollicaris; rami superne subpectinatim lacero-lacinuligeri, costato-inaequales et sublaeves et majores hinc inde parce et minute albido-tuberculigeri. — In Mexico prope San Luis de Potosi: Parry et Palmer n. 1025.

1619. **Ramalina maciformis** (Del.) Nyl. Recogn. Ramal. p. 56. Pagina ulcerata a cel. Nyl. l. c. in diagn. dubitanter supera, in descriptione falso infera indicatur, in speciminibus Figarianis integris, e loco primitivo speciei, sc. e monte aegyptiaco Mokattan certe supera est. — Ab eodem etiam in Arabia Petraea lecta fuit rara *Ramalina crispatula* Nyl. Recogn. Ramal. p. 56, cum speciminibus Canariensibus bene congrua et similiter sterilia.

1620. **Cetraria sanguinea** Schaer. [in Moritzi Syst. Verz. p. 129 (1846), cujus synon. est *Parmelia megaleia* Nyl. Syn. p. 378] v. **dissecta** Müll. Arg.; thalli lobi in lacinulas palmatifidas v. palmatipartitas abeuntes, lacinulae ultimae sublineares, convexae. — Apothecia ampla et sporae magnae cum planta normali quadrant. Lacinulae hinc inde nigro-ciliatae sunt, sed rhizinae in pagina infera caeterum desunt. — Ramulicola ad Manipur in India orientali leg. cl. G. Watt, in hb. Kew.

1621. **Cetraria Thomsoni** Müll. Arg.; *Platysma Thomsoni* Stirt. New and Rare Lich. from India etc. p. 16. — Clar. Stirton l. c. evidenter tantum ex apotheciis parvis nondum bene evolutis ascos monosporos descripsit, sed apothecia evoluta 10—15 mm lata sunt et sporae 8-nae, 30—36 μ longae et 15—17 μ latae. Reliqua optime cum descriptione Stirtoniana quadrant. Spermogonia insigniter magna ut l. c. descripta. — Prope Manipur in India orientali, ad ramos: G. Watt in hb. Kew.

1622. **Cetraria** (s. **Platysma**) **hypotrachyna** Müll. Arg.; thallus ochraceo-flavidus, vix pollicaris, siccus rigidus et late laciniosus; laciniae obovatae, crenatae, scrobiculoso-inaequales, haud ciliatae, subtus margine pallidae v. fere undique nigro-fuscae, opacae, subreticulatim anguste lamelloso-asperae, lamellae hinc inde apiculato-elongatae v. basin versus in rhizinas nigras validas abeuntes; spermogonia marginalia prominentia, saepe in lineam nigram marginalem confluentia; apothecia marginalia, tantum 3—4 mm lata, breviter podicellata, dorso profunde rugosa et spermogonifera, in margine subintegra; discus rufus et nudus; sporae tantum 6—$7^1/_2$ μ longae et 4—5 μ latae. — Species pagina infera thalli insignita, juxta *C. rhytidocarpam* Montg. locanda est ubi thallus subtus piceo-niger et nitidus et laevis est. — Ramicola prope Manipur in India orientali, cum *Parmelia Kamtschadali* Eschw. crescens: G. Watt in hb. Kew.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0375-7

1623. **Nephromopsis** Müll. Arg., gen. nov.; thallus cetrariaceo-foliaceus, subhorizontalis, centro affixus, rhizinis destitutus (subtus pseudocyphellis ornatus); gonidia globosa, viridia; apothecia gymnocarpica, in ultimo margine loborum resupinata, margine thallino (tenuissimo) cincta; sporae hyalinae, simplices. — Thallus, apothecia, sporae et gonidia ut in *Cetraria* (incl. *Platysmate*), at situs apotheciorum ut in Nephromate. Species unica nota: **Nephromopsis Stracheyi** Müll. Arg.; *Cetraria Stracheyi* Bab., *Platysma Stracheyi* Nyl. Syn. p. 305; *Platysma nephromoides* Nyl. Enum. gén. p. 100. — Recenter in vicinitate urbis Manipur Indiae orientalis variis locis copiose et pulchre ab egreg. et cl. G. Watt lecta est.

1624. **Peltigera polydactyla** Hoffm. v. **dissecta** Müll. Arg.; thallus ut in planta normali speciei, sed laciniae thalli ad margines undulatos minute et crebre microphyllino-dissectae. — Apothecia visa ut in var. *microcarpa* Ach. hujus speciei. — Est var. analoga *P. rufescenti* v. *dissectae* Müll. Arg. L. B. n. 171. — China, in prov. Hupeh, ad truncos putrescentes: Dr. Aug. Henry, n. 6472 in hb. Kew.

1625. **Stictina tomentosa** Nyl. var. **damaecornifolia** Müll. Arg.; *Sticta quercizans* v. *damaecornifolia* Tuck. Lich. Wright. et North Amer. Lich. 1. p. 98; laciniae elongatae, circ. 4 mm tantum latae. — Ludit fuscescens et flavescenti-olivacea; indumentum paginae inferioris ex ochraceo-pallido demum fusco-nigricans. Habitus fere ut in *Sticta damaecorni* Ach. aut in formis minoribus *Stictae laciniatae*. — Cuba: Eggers n. 5105 pr. p.

1626. **Stictina quercizans** Nyl. v. **dissecta** Müll. Arg.; omnia ut in planta normali speciei, sed laciniae, quae membranaceae et pallidae, ad margines tenuiter microphyllino-dissectae ibique haud isidioso-granulosae. Apothecia ignota. — Juxta var. *schizophyllizam* Nyl. Lich. Husn. p. 7, quae coriacea, locanda est. — In Jamaica: Wilson.

1627. **Sticta laciniata** Ach. v. **subdamaecornis** Müll. Arg.; habitu cum *St. damaecorni* Ach. conveniens, sed membranacea et supra leviter scrobiculato-inaequalis, glaucescens, subtus demum pallida et parcius v. fere obsolete vestita (indumento copia et colore ludente) basique nonnihil costata; apothecia novella breviter villosula. — Prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 2214.

1628. **Sticta sinuosa** (Pers.) v. **flavicans** Müll. Arg.; thallus majusculus, laciniae latitudine ut in genuina *St. sinuosa* Pers. aut paullo angustiores, distincte flavicantes ut in *St. caperata* Nyl. et in *St. Canariensi* Del., supra sat crebre sed leviter scrobiculato-inaequales. — Ab ulteriore recedit sinuositate laciniarum. — In Jamaica: G. S. Jenmau.

1629. **Sticta damaecornis** Ach. v. **scrobiculata** Müll. Arg.; laciniae supra tota longitudine sat crebre scrobiculato-inaequales. — Reliqua omnia ad amussim cum *St. damaecornis* var. *dichotoma* Nyl. congruunt. Prima fronte bene specifice diversa apparet, sed in comparata varietate laciniae interdum supra hinc inde obsolete scrobiculato-inaequales occurrunt et transitum constituunt. — In Madagascaria: Baron in hb. Kew.

1630. **Sticta Henryana** Müll. Arg.; thallus amplus, fere pedalis et minor, platyphyllus, coriaceus, simillimus ei *Stictae platyphyllae* Nyl., superficie et marginibus laevis aut hinc inde leviter rugoso-inaequalis, supra glaber, subtus pallidus, undique breviter fusco-vestitus, indumentum

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0376-3

marginem versus minus densum; cyphellae copiosae, 1/2—1 1/2 mm latae, urceolares, leviter et obtuse marginatae, dein immarginatae et 2—3 mm latae et pseudocyphelloideae fereque superficiales, cretaceo-pulverulentae; apothecia novella obovoidea, basi podicellari-angustata, tomentosa, demum deplanata, 5—10 mm lata, margine crenulata, dorso tenuiter areolato-verruculosa; discus rufus; sporae 60—80 μ longae, 5—7 μ latae, lineari-fusiformes, 4—6-loculares. — A comparata specie supra vix nisi apotheciis demum multo majoribus, primum subpodicellatis discerni potest, sed cyphellae mox in peudocyphellas demum amplas, hinc inde subconfluentes imo et irregulares et niveo-pulverulentas abeunt. Juxta *St. platyphylloidem* Nyl. in Hue Lich. du Yunnan p. 22 locanda est. — Ad truncos vetustos in prov. chinensi Hupeh: Dr. Aug. Henry, n. 6932 in hb. Kew.

1631. **Sticta podocarpa** Müll. Arg.; thallus coriaceus, ochraceo-pallidus, intus flavens, fere usque ad basin laciniatim divisus; laciniae parce inciso-2—3-fidae, subcrenatae, planae aut concaviusculae, laeves et nudae, subtus laete ochraceae, undique pallide et breviter tomentosae v. etiam pro parte glabratae; pseudocyphellae numerosae, verrucoso-prominentes, laete citrinae; apothecia marginalia, juniora podicellata, crasso-marginata, in dorso marginis conniventis minute verruculosa, evoluta majuscula, 3—4 1/2 mm lata, sessilia, plana, nigro-fusca, demum margine tenui subcrenulato cincta; sporae aciculares, 4-loculares, 75—90 μ longae et 5 μ latae. — Affinis *Stictae Colensoi* Babingt., a qua recedit thallo laevi et apotheciis et sporis. Apothecia juniora fere ut in *St. poculifera* Müll. Arg. L. B. n. 405, et sporae fere ut in *St. flavissima* Müll. Arg. L. B. n. 564. — Ad corticem arborum prope Sidney: C. Moore.

1632. **Sticta** (s. **Ricasolia**) **excisa** Müll. Arg.; thallus glauco- v. subargillaceo-pallidus, in peripheria lurido-obscuratus, sat amplus et rigescens, adpressus, confluenti-laciniosus, laciniae breviter sinuato-lobatae, in sinubus parvis suborbiculari-excisae et subundulatae, supra sublaeves, subtus secus margines fuscae, anguste nudae, caeterum nigricantes et dense nigro-rhizinosae, tomentum sub excisuris latius arcuatim deficiens; apothecia in parte media thalli sparsa, 3—5 mm lata, margine crenato et hinc inde in lobos majores expanso ornata; discus nigro-fuscus, madefactus magis rubescens; sporae 75—90 μ longae, 5—6 μ latae, 4-loculares. — Juxta *St. Casarettianam* (Nyl.), *St. cupream* (Müll. Arg.) et *St. patiniferam* ejusd. locanda est. — Thallus zonula lurida cingente, excisuris ima basi sinuum rotundis 1—2 mm latis (fere ut in *St. subdissecta* [Nyl.], ubi sporae ambitu latae), et indumento peculiari sub excisuris insignitus est, caeterum fere illum rigidum St. *herbaceae* referens. — Ad truncos putridos in Nova Granata: Blagborne, et in Jamaica: Wilson.

1633. **Sticta** (s. **Ricasolia**) **adpressa** Müll. Arg.; thallus mediocris, late lobato-laciniatus, arcte adpressus, glauco-virens v. glauco-fuscescens, opacus, supra laevis v. hinc inde obsolete rugulosus, subtus nigricans v. cupreo-fuscidulus, secus margines pallidior, rhizinis nigro-fuscis breviusculis fere usque ad marginem praeditus; apothecia novella margine involuto tumido subdentato cincta, evoluta plana et tenuiter thallino-marginata, 3—4 mm lata; discus siccus niger, madefactus fusco-niger, nudus; sporae circ. 32 μ longae et 9 μ latae, acute fusiformes, 2-loculares, fuscidulae. — A subsimili *St. Schaereri* Montg. et v. d. Bosch differt thallo magis adpresso et rhizinis, et a *St. herbacea* Del. iisdem characteribus et apotheciis nigris. — Ad truncos in territorio Manipur Indiae orientalis: G. Watt n. 5141 in hb. Kew.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0377-9

1634. **Physcia setosa** Nyl. var. **endococcinea** Müll. Arg.; thallus intus praesertim inferne intense croceo-cinnabarinus. — Corticola prope Manipur in India orientali: G. Watt n. 5141 pr. p. in hb. Kew.

1635. **Theloschistes perrugosus** Müll. Arg.; thallus aurantiacus, subtus cinerascens, parmeliaceo-laciniosus, validus, rigidus, omnibus partibus cum latere exteriore receptaculorum creberrime bullato-rugulosus; laciniae irregulariter divisae, 2—4 cm longae, 3—6 mm latae; apothecia sparsa et simul marginalia et terminalia, evoluta 3—5 mm lata, podicellata, tota concolora v. discus demum obscurior; margo tenuis, ex integro demum ruguloso-subcrenatus, semper prominens; discus planus; sporae 8-nae, regulariter orculiformes, 11—13 μ longae, 6—7 μ latae, loculi late distantes. — Est species rigiditate et rugositate insignis, prope *Th. villosum* Norm. locanda. — Prope Lupata in regione africana Zambesi: Dr. Kirk in hb. Kew.

1636. **Parmelia melanothrix** Wainio v. **lacinulata** Müll. Arg.; thallus subtus ochraceo-albidus et nudus; laciniae centrales latae, periphericae varie anguste dichotomo-v. palmato-divisae v. palmatim corniculatae. — Cilia laciniarum thalli et apotheciorum et sporae ut in forma normali speciei. — In Andibus Boliviae parce lecta: Pearce in hb. Kew.

1637. **Parmelia Hildebrandtii** Krplh. f. **nuda** Müll. Arg., *P. andina* Müll. Arg. Lich. Nov. Gran. n. 44, referens statum genuinum normalem speciei, sorediis destitutum. — Ecuador: André n. 4324 bis, et variis locis lecta in Africa orientali-tropica: Hannington, Meyer, et in Transwaalia ad Lydenburg: Wilms.

— — f. **sorediosa** Müll. Arg.; *Parmelia Hildebrandtii* Krplh. l. c. — In insula Comorensi Johanna: Schweinf., Nossibé: Rensch, Socotra: Schweinf., Abessinia: Hildebrandt, Somaliland: Hildebrandt, et in regione Zambesica: Kirk. — Species a proxima et eximie affini *P. urceolata* Eschw. non recedit nisi sporis minoribus, et a *P. abessinica* Krplh. thallo subtus tomentoso.

1638. **Parmelia Maclayana** Müll. Arg.; magnitudine et colore partium perfecte similis genuinae *P. latissimae* Fée, et similiter laxe adhaerens, subtus nigra et subnuda ibique apice pallidior, sed laciniae thalli hinc inde ad margines et apices peculiariter minute cristato-incisae v. microphyllino-dissectae, intus argillaceo-albidae et sporae dein multo minores, 13—16, rarius usque 18 μ longae. — Apothecia ipsa cum comparata specie conveniunt, margo integer, receptaculum extus laeve v. sublaeve. — Juxta *P. flavescentem* Nyl. locanda est. Corticola in Africa meridionali capricornica: ex hb. Maclayan. in hb. Kew.

1639. **Parmelia submarginalis** Ach. Univ. p. 464, sc. *Lobaria submarginalis* Mich. Flor. Amer. bor. p. 325, olim erronee ad *P. perforatam* v. *cetratam* Nyl. a me relata et a cl. Nylandero (Parmel. exot. n. 10) iterum pro specie distincta spurie stabilita, non differt a vulgari *P. perlata* v. *ciliata* DC. (vidi specim. orig. Mich.)

1640. **Parmelia Caraccensis** Tayl. f. **isidiosa** Müll. Arg.; thalli laciniae isidiosae, in specimine viso parvae, tantum 1—1½ mm latae. — In insula Mauritii, sterilis, in hb. Kew.

1641. **Parmelia Peruviana** Nyl. in Flora 1865, p. 613 et Parm. exot. n. 39 (Lechleri n. 2727) nil est nisi normalis **P. laevigata** Ach.,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0378-5

cum intermixtis fragmentulis junioribus *Parmeliae cervicornis* Tuck. — Apothecia magis podicellata et dorso rugosa etiam in aliis speciminibus occurrunt ubi simul alia dorso laevia adsunt (ut in specim. Robillardianis e Mauritio).

1642. **Parmelia laevigata** Ach. f. **isidiosa** Müll. Arg.; isidium hinc inde in thallo copiosum, corpuscula cylindrica, 65 μ lata, 200—300 μ longa; receptaculum dorso laeve v. obsolete isidiosulum. — Corticola ad Ootacamum in montibus Nilgherries Indiae Orientalis (immixtis fragmentulis *Parmeliae cetratae* Ach.): Foulkes in hb. Kew.

1643. **Parmelia bicornuta** Müll. Arg.; thallus omnino laciniosodivisus, dichotome ramosus, subargillaceo-v. obscurato-albidus; laciniae sinuato-pinnatifidae, sinubus rotundatis approximatis, lobulis brevibus apice emarginato-bilobis, omnes adpressae et planae, laeves, subtus undique nigrae et usque ad ultimum marginem nigro-rhizinosae; pars rhachialis integra laciniarum circ. $1^1/_2$ mm lata v. in centro thalli angustior; apothecia 2—4 mm lata, sessilia, demum explanata et tenuissime marginata; receptaculum dorso laeve et nudum, in margine integrum; discus brunneo-fuscus, nitidulus, nudus; sporae 8-nae, lunato-incurvae, 10—12 μ longae et 2—$5^1/_2$ μ latae, utroque apice acuto in cornu subrectum parti cavae ipsius sporae subaequilongum sensim acuminatae. — Habitus plantae ut in *P. revoluta* Flk. et *P. Hookeri* Tayl., seu *P. sublaevigata* Nyl., sed sporae peculiariter longe et rigide incurvo-bicornutae speciem insigniter distinguunt. — Corticola prope Rio de Janeiro: Leyland in hb. Kew.

1644. **Parmelia mesotropa** Müll. Arg. f. **sorediosa** Müll. Arg.; thalli laciniae margine subincurvo copiose sorediosae (subtus nudae). — Habitu bene convenit, at sterilis tantum nota est. — Corticola in India orientali ad Cachar: Keenan in hb. Kew.

1645. **Parmelia amazonica** Nyl. Parmel. exot. n. 31, etiam in Brasilia tropica a Burchell lecta, nihil offert quo vere specifice distinguatur a *P. meizospora* Nyl. et eadem est ac **P. meizospora** Nyl. f. **isidiosa** Müll. Arg. L. B. n. 818.

1646. **Parmelia subquercina** Müll. Arg.; simillima *P. tiliaceae* Ach. s. *Imbricariae quercinae* DC., sed tota subtus pallida ibique valide rugosa et apothecia novella (copiosa) subpodicellari-obovoidea. — Reliqua omnia bene conveniunt; apothecia dorso laevigata, basi nuda, evoluta cum sporis ut in *P. tiliacea* Ach., novella autem cum aequilatis hujus speciei comparata sunt magis elato-emersa, subglobosa, basi stipitato-constricta. Est paullo pallidior quam *P. carporhizans* Tayl. — Ab affini *P. atrichoide* Nyl. paginae inferioris colore et apotheciis differe videtur. Spermatia visa tenuiter bacillaria. — Saxicola in Africa australi: Mac Owan in hb. Kew.

1647. **Parmelia leptophylla** Müll. Arg.; thallus argillaceus, ad extremitates glaucescens, valde tenuis, irregulariter laciniosus, laciniae crenatae, sorediis copiosis isidiosis adspersus, caeterum laevis aut parce subreticulato-rimulosus, intus albus, subtus undique niger et nigro-vestitus aut circa margines brunneo-fuscus; apothecia 2—$2^1/_2$ mm lata, concava, margine et dorso soredioso-aspera; discus rubro-fuscus, nudus; sporae 8 μ longae et 5 μ latae. — Habitu inter *P. rudectam* Ach. et *P. tiliaceam* Ach. quodammodo medium tenens, sed ambabus multo tenuior, e minutie sporarum juxta *P. Cubensem* Nyl. Parm. exot. n. 29 (Ch. Wright Lich.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0379-3

Cub. exs. n. 76) inserenda est. — Corticola ad Baziya in Africa capricornica: Baer n. 714 in hb. Kew.

1648. **Parmelia revoluta** Flk. f. **isidiosa** Müll. Arg.; thallus hinc inde isidiosus. — Corticola in Brasilia meridionali: Sowerby.

— — f. **nuda** Müll. Arg.; thallus isidio et sorediis destitutus. — Corticola ad Santarem in regione Amazonica: Spruce n. 135.

1649. **Parmelia Catharinensis** Müll. Arg. Lich. Catharin. f. **isidiosa** Müll. Arg.; tota isidio copioso tenuiter dactyloideo supra adspersa; receptaculum isidio conformi vestitum. — Thalli laciniae subtus nigrae, secus marginem brunneo-fuscae et nudae v. etiam usque ad marginem vestitae. — In Brasilia meridionali: Leyland in hb. Kew.

1650. **Parmelia sphaerosporella** Müll. Arg.; thallus 4—6 cm latus, ochroleuco-flavicans, intus albus, adpressus, totus crebre rugosus et subplicatus (soredia non adsunt), subtus ochraceo-pallidus et undique usque ad marginem breviter et pallide rhizinosus; laciniae medio thalli latissime confluentes, non nisi apicem versus discretae, planae, obtusae et crenatae; apothecia 3—6 mm lata, e poculiformi mox explanata, extus rugosa; margo junior connivens, obsolete crenulatus et integer; discus carneus v. demum livido-fuscus, nudus; lamina nanissima; sporae in ascis 8-nae, globosae, gonidiis minores, diametro 5—7 μ aequantes. — Minorem magis adpressam et perrugosam *P. caperatam* Ach. simulat, sed apotheciorum discus pallidus et sporae ut in dissimili *P. sphaerospora* Nyl. Ad *P. hypomiltam* Fée etiam accedit, sed thallus non laevis. — Corticola in Galton Mountains in territorio Oregon: Dr. Lyall in hb. Kew.

1651. **Parmelia ecaperata** Müll. Arg.; simillima mediocri *P. caperatae* Ach., et thallus similiter laxiuscule adpressus, i. e. in peripheria minus arcte quam *P. rutidota* Hook. f. et Tayl., laciniae ultimae autem aliter profundius divisae, sinuoso-incisae, sinubus parvis exciso-rotundis, et superficies undique laevis, non rugulosa, centro isidio creberrimo et tenuissimo tecta, caeterum nuda; apothecia ignota. — Thallus subtus nigro-fuscus et rhizinosus, intus albus. Isidii dactyli multo tenuiores quam in forma sidiosa *P. caperatae*, sc. $^{7}/_{100}$ mm crassi et hanc ob rem et propter sinulos rotundatos certe diversa species. — Ad truncos *Palmarum* secus flumen Shire inter lacum Nyassa et flumen africanum Zambesi: Dr. Kirk.

1652. **Parmelia relicina** Fr. v. **ecoronata** Müll. Arg.; *Parmelia ecoronata* Nyl. Lich. Andam. p. 5; apothecia e majore parte offert ecoronata, sed alia adsunt vario gradu depauperato-coronata, et species dein haud servanda est. — Southpoint, South Andaman: S. Kurz.

1653. **Parmelia conspersa** v. **polyphylla** Mey. et Flot. in Act. Acad. Leopold. 1843. p. 220. f. **sorediosa** Müll. Arg.; thallus sorediis copiosis circ. 1 mm latis hemisphaericis adspersus. — Reliqua bene conveniunt. Thallus subtus niger, rhizinosus. — Saxicola in insula azorica San Miguel: F. D. Godman.

— — v. **imitans** Müll. Arg.; thallus ut in var. *stenophylla* Ach., subtus autem albidus aut pallide fuscus. Est tenuius et gracilius divisa quam v. *polyphylloides* Müll. Arg. L. B. n. 575, et laciniae graciliores quam in v. *georgiana* Ach., non subpulvinatae. — Supra saxa quartzosa in Nila Valley, North-Western India: Duthie in hb. Kew.

— — v. **endomiltodes** Müll. Arg.; *Parmelia endomiltodes* Nyl. ap. Crombie Lich. Cap. in Journ. of Bot. of the Linn. Soc. v. 15 p. 168;

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0380-4

refert *P. conspersam* v. *stenophyllam* Ach., (laciniis angustioribus et latioribus mixtis, subtus vestitis et nigris, apice pallidioribus) medulla cinnabarina. Pro specie propria nequaquam haberi potest. — Saxicola ad Caput Bonae Spei: Cooper in hb. Kew.

1654. **Parmelia flavo-brunnea** Müll. Arg.; thallus stramineus, adpressus; laciniae 2 mm latae, breves, convexae, intricato-subimbricatae, centro in thallum glebosa-granulosum abeuntes, apice planiores saepeque fumoso-decoloratae, intus albae, subtus cinerascenti-nigrae et nudae; apothecia 2—3 mm lata, plana; margo integer; discus nigro-brunneus; sporae $9^1/_2$—$10^1/_2$ μ longae, 8 μ latae. — A *P. distincta* Nyl. differt laciniis magis adpressis et convexis, et a *P. Montevidensi* Müll. Arg. thallo centro gleboso, apotheciis minoribus fere nigris. — In Peruviae montibus Azangaro, saxicola: Lechler n. 1766 in hb. Kew.

1655. **Parmelia Montevidensis** Müll. Arg.; thallus stramineo-flavicans, subadpressus; laciniae breviusculae, imbricatae et intricatae, circ. 2—$2^1/_2$ mm latae, praeter apicem saepe planum valde turgido-convexae, parte plana supra nitidulae, nudae, intus albae, subtus nigrae et sparse nigro-rhizinosae; apothecia 5—7 mm lata, explanata; margo integer, demum flexuosus; discus rufo-badius et nudus; sporae 8-nae, 9—11 μ longae, 5—6 μ latae. — Habitu proxima *P. conspersae* v. *stenophyllae* Ach., sed intense straminea (flavior) et laciniae valde turgidae. — Saxicola in Cerro Melones, in distr. Montevideo: Felippone n. 8 in hb. Kew.

1656. **Parmelia Lechleri** Müll. Arg.; thallus ex ochroleuco mox decolorato-violaceo-fuscescens, imbricatim congesto-lacinulatus; lacinulae peripheriae laxe applanatae, valde abbreviatae, crassulae, planae et concavae, reliquae magis centrales jugoso-subclatae, omnes subtus pallidae et pallide rhizinosae, ultimae versus marginem glabrae; apothecia poculiformia, basi innata, $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm lata, altiora quam lata, dorso pallida et sublaevia; margo conniventi-subclausus, subacutus et radiatim fissus; sporae 14—17 μ longae et 6—7 μ latae, fusiformi-obovoideae. — Thallus supra fuscescens, madefactus carneo-violascens, quodammodo ad species fuscas hujus generis accedens, sed partes thalli, rugis obtectae, sunt ochroleuco-pallidae et species dein ad seriem *P. conspersae* Ach. releganda est. — Ad saxa granitica Andium Peruvianorum inter Lampa et Arequipa, simul cum *P. distincta* Nyl., cui accedit: Lechler (sine num.).

1657. **Parmelia Wattiana** Müll. Arg.; thallus ut in *P. physode* Ach., sed laciniae alte convexae, turgidae, rugulosae, in parte centrali thalli intestiniformi-conturbatae, subtus obscure fuscae et crebre rugosae, nudae et opacae, circ. 3 (—4) mm latae; extremitates breviter planiusculae et subtus pallidiores, sub apice et in ipso apice et ad dichotomias ulteriores apertura 1—2 mm lata et late hiante ornatae, imo apice saepe incurvo-adscendentes; apothecium (unicum visum) sessile, 7 mm latum, dorso inferne rugulosum, caeterum laeve; margo subinteger; discus brunneo-fuscus et nudus; lamina nana et sporae dein exiguae (sed evolutae non observatae). — Juxta *P. Thomsonianam* locanda est. — Corticola prope Manipur Indiae Orientalis, ubi leg. oculatiss. G. Watt, in hb. Kew.

1658. **Parmelia Thomsoniana** Müll. Arg.; simillima *P. physodis* var. *lugubri* Nyl. En. p. 104, sed paullo validior, minus copiose dichotome ramosa, cupreo-fuscescens; laciniae 2—3 mm latae, supra planae et irregulariter nigro-marginatae et interrupto-immarginatae, subtus in dicho-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0381-0

tomiis ultimis et penultimis et subinde in antepenultimis grosse perforatae; foramina 1—1½ mm lata v. transversim latiora. — Inter *P. hypotrypam* Nyl. et *P. hypotrypodem* Nyl. locanda est. — Ramulicola in Indiae orientalis territ. Sikkim: T. Thomson (ol. ex hb. Krplh. recepta sub n. 277).

1659. **Parmelia hypotrypa** Nyl. Syn. p. 403; Lich. Nov. Zeland. p. 150 et in Hue Lich. Yunnens. Ser. II. n. 40; apothecia (hucusque ignota) juniora crasse ampullaceo-podicellata, demum dilatato-plana, 10—20 mm lata, dorso rugosa et subpulveracea et cum thallo concolora, margo integer; discus in apotheciis semievolutis parte podicellari angustior, pallide fulvo-fuscus; lamina valde nana; asci 8-spori; sporae tantum 5—6½ μ longae, globosae et globoso-ellipsoideae. — Ad terram et ad truncos muscosos in chinensi prov. Hupeh.: Dr. Aug. Henry n. 6939, 6975 in hb. Kew.

1660. **Lecidea** (s. **Biatora**) **pallentior** Müll. Arg.; thallus argillaceo-pallens, tenuissimus, subleproso-laevis, rimulosus, demum evanescens; apothecia 5—10/10 mm lata, pallido-albescentia (ut cutis humana pallida), adpressa, tenuiuscula, juniora undique concolora et plana, sc. margine vix prominulo tenuissimo cincta, evoluta margine evanescente paullo obfuscato praedita, demum leviter convexa, intus albida; lamina tota hyalina; paraphyses conglutinatae; asci 8-spori; sporae irregulariter 1—2-seriales 10—12 μ longae, 5—7 μ latae, fusiformi-ellipsoideae, utrinque obtuse acutatae. — Juxta proximam brasiliensem *L. pallentem* Müll. Arg. L. B. n. 1505 locanda est, a qua recedit tenuitate marginis et dein apotheciis tenuioribus et magis adpressis. Etiam *L. cinereo-lutescens* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 63 (in notula) evidenter affinis est, sed colore apotheciorum et margine et dein sporis majoribus differt. — In insula Cuba, ramulicola: Eggers Flor. Ind. occ. exs. n. 4848, cum *Coenogonio disjuncto* Nyl.

1661. **Lecidea** (s. **Lecidella**) **Chantriana** Müll. Arg.; thallus albidus, tenuis, areolato-rimosus, scabridulus; apothecia nigra, 5—8/10 mm lata, sessilia, crassiuscula, margine sat crasso involuto persistenter prominente cincta, tota opaca; discus semper planus, nudus; epithecium olivaceo-v. verienti-nigricans, hypothecium undique hyalinum, lamina superne olivaceo-virens, caeterum hyalina; paraphyses facile liberae, apice capitatae; sporae in ascis 8-nae, 8—12 μ longae et 4—5 μ latae, 2½—3-plo longiores quam latae, cylindrico-ellipsoideae. — Ex affinitate *L. sabuletorum* Schreb. s. *L. latypeae* Ach., sed apothecia aliter marginata et sporae magis cylindrico-s. elongato-ellipsoideae ut in *L. Altensi* Th. M. Fr. Ab hac ulteriore differt thallo et margine apotheciorum. — Saxicola ad lacum Kip-Göl in monte Ararat: Ern. Chantre.

1662. **Lecidea** (s. **Lecidella**) **Araratica** Müll. Arg.; thallus subflavescenti-albidus, crassiusculus, diffracto-verrucosus, areolae convexae, apotheciis vulgo paullo minores; apothecia 4—7/10 mm lata, nigra, sessilia, plana, prominenter nigro-marginata, nuda; discus siccus et madefactus niger, nudus; epithecium coeruleo-v. smaragdulo-nigricans; lamina superne coerulescens; hypothecium undique hyalinum; paraphyses facile liberae, apice clavatae; asci 8-spori; sporae (hyalinae et simplices) ellipsoideae, 15—17 μ longae et 8—9 μ latae. — Proxime ad formam genuinam (non ferrugineo-tinctam) *Lecideae silaceae* Ach. (Th. M. Fries Scand. p. 487) accedit, sed margo apotheciorum minus prominens, hypothecium omnino hyalinum et sporae multo majores. — Saxicola ad lacum Kip-Göl in monte Ararat, ubi parcissime legit: Ern. Chantre.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0382-6

1663. **Patellaria** (s. **Bilimbia**) **prasino-rubella** Müll. Arg., *Lecidea prasino-rubella* Nyl. Lich. Kurz n. 35 in Flora 1866 p. 132, in apotheciis bene evolutis offert hypothecium e flavo-fulvo demum fulvo-rufum imove fulvo-aut rufo-nigricans et sporas normaliter 8-loculares (cl. Nyl. coram habuit 3—5-septatas). Species dein distinctissima est et juxta paraguayensem *Pat. rufo-carneam* Müll. Arg. Lich. Parag. n. 111 locanda est. — In Bambusetis prope Bogor (Java), alt. 830 ped., ad terram argillaceam: Sulp. Kurz n. 515.

1664. **Psoroglaena** Müll. Arg., gen. nov. Thallus foliaceus (minute subcorallino-dissectus), subtus minutissime rhizinulosus aut subnudus; gonidia globosa, viridia; apothecia angiocarpica (globosa, colorata); paraphyses in muco nidulantes, irregulari-ramosae, intricatae; sporae hyalinae, parenchymaticae. — *Microglaenam* Körb. refert, excepto thallo; inter *Phyllopyrenieas* Müll. Arg. inserenda est.

1665. **Psoroglaena cubensis** Müll. Arg.; thallus obscure olivaceo-virens, tenuis, coralloideo-lacinulosus, (muscis) instratus; lacinulae lineares, irregulariter dichotome et pinnatim divisae et superficie gibboso-v. crenato-v. lobuloso-inaequales, circ. $^1/_{20}$ mm latae, obtusae, demum intricato-caespitosae, adscendentes; gonidia viridia, globosa; apothecia $^1/_3$ mm lata, globosa, obscure carnea, inter lacinulas subocculta (bene madefacta tantum perspicua), laxe cellulosa; paraphyses eximie tenellae et pellucidae, ramulosae et irregulares, obsolete nodulosae; asci oblongato-ellipsoidei, 8-spori; sporae hyalinae, 40—75 μ longae, 15—28 μ latae, oblongo-obovoideae, circiter ex 8-loculari demum copiose et irregulariter parenchymatose locellosae, locelli secus alterum marginem circ. 18—24. — Thallus illum coralloideo-dissectum *Psorae parvifoliae* Müll. Arg. in mentem revocat. — Supra rhizomata Filicum in insula Cuba: Eggers Flor. Ind. occ. exs. n. 5270.

1666. **Porina** (s. **Segestrella**) **ravida** Müll. Arg.; *Verrucaria ravida* Krplh. Lich. Becc. p. 52; apothecia in thallo crasso fere omnino immersa, media altitudine $^4/_{10}$ mm lata, apice leviter emergente late truncato-obtusa et centro paullo depressa, ibique rufo-fusca et nitida; perithecium completum, fulvo-fuscum, basi planiusculum, superne crassius. — Species optime distincta. — Ramulicola in Borneo, sc. Sarawak: Beccari n. 227.

1667. **Lichenes Araratici,** a cl. **Ern. Chantre** lugdunensi, mense Julio 1890 ad lacum Kip-Göl lecti et mecum communicati.

Candelaria vitellina Massal. Syn. Lich. Blasten p. 8.
Amphiloma elegans Körb. Syst. p. 110.
Placodium chrysoleucum Körb. Syst. p. 118.
— — v. **opacum** Körb. Parerg. p. 55.
Placodium disperso-areolatum Körb. Syst. p. 117.
Dimelaena oreina Norm. Conatus praemiss. p. 20 (ster.)
Lecidea atro-brunnea Schaer. Enum. p. 109 (ster.)
Lecidea Araratica Müll. Arg. (supra n. 1662).
Lecidea Chantriana Müll. Arg. (supra n. 1661).

1668. **Lichenes Columbiani,** a cl. **F. C. Lehmann** prope Popayan lecti.

Leptogium phyllocarpum Montg. Syll. p. 379, prope Santiago in Columbia meridionali, sub n. 651 (sed hic evidenter adest translatio schedulae, planta enim dicitur natans).

Stereocaulon mixtum Nyl. Syn. p. 238, ad saxa vulcanica montis Peñon de Pitayo, sub n. 2054.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0383-1

Thamnolia vermicularis Schaer. Enum. p. 243; in jugis frigidis subnivosis montium Chimborazo et Pichincha, alt. 4200—4700 m, sub n. 420.

Usnea barbata v. **florida** Fr. Lich. europ. p. 18; frequenter ad arbores prope Popayan et Silvia, sub n. 2041.

Stictina quercizans Nyl. Syn. p. 344; ad arborum truncos circa Popayan, alt. 1700 m, sub n. 2076.

Sticta laciniata Ach. Meth. p. 279; ad truncos arborum in convallibus declivitatis orientalis Andium ecuadorensium, sub n. 593.

— — v. **laeviuscula** Nyl. Syn. p. 354; ad truncos in sylvis montanis Columbiae in Paramo de Guanacao, ubi saepe, more praecedentis et sequentis, truncos obtegit: n. 2195.

Sticta granatensis Nyl. Animadv. circa Lich. Spruc. Amazon. n. 20; truncicola cum praecedente: n. 2112.

Sticta (s. **Ricasolia**) **patinifera** Müll. Arg.; *Parmelia patinifera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847, p. 172; *Ricasolia sublaevis* Nyl. Conspect. Stict. p. 10; truncicola circa Papayan: n. 2077.

Parmelia perlata v. **ciliata** DC. Fl. Franç. 2, p. 403, f. **sorediifera**; *P. proboscidea* f. *sorediifera* Müll. Arg. L. B. n. 809; frequenter ad truncos circa Popayan, alt. 1700 Met.: n. 2075.

1669. **Lichenes Eggersiani** in **Antillis** lecti et sub citatis numeris distributi.

Leptogium tremelloides Fr. Scan. p. 293. — Eggers n. 5338c.

Cladonia pycnocarpa β **exalbescens** Wainio Monogr. Cladon. p. 39. — Egg. n. 5338b.

Cladonia Dilleniana Flk. Clad. p. 138; Wainio Monogr. Clad. p. 401. — Egg. n. 5338d.

Cladonia muscigena Eschw. Bras. p. 262. — Egg. n. 5100.

Usnea articulata Hoffm. v. **dimorpha** Müll. Arg. supra n. 1615. — Egg. n. 5015.

Stictina tomentosa v. **damaecornifolia** Müll. Arg. supra n. 1625. — Egg. n. 5105a pr. p.

Stictina quercizans Nyl. Syn. p. 344. — Egg. n. 5105a pr. p.

Sticta aurata Ach. Meth. p. 277. — Egg. n. 5338a.

Parmelia latissima f. **sorediata** Nyl. Syn. p. 380. — Egg. n. 5105a pr. p.

Parmelia sulphurata Nees et Flot. in Linn. 1834, p. 501. — Egg. n. 5088.

Anaptychia leucomelaena Wainio Etude p. 128. — Egg. n. 5015c.

Physcia crispa Nyl. Syn. p. 423. — Egg. n. 5270 pr. p.

Erioderma Wrightii Tuck. Suppl. I. — Egg. n. 5112.

Coenogonium Leprieurii Nyl. Coenog. p. 89. — Egg. n. 5268a.

Coenogonium disjunctum Nyl. l. c. p. 91. — Egg. n. 4848.

Coenogonium interplexum Nyl. l. c. p. 92. — Egg. n. 4918 (et 4467a, e Bahama).

Lecidea pallentior Müll. Arg. supra n. 1660. — Egg. n. 4848.

Psoroglaena Cubensis Müll. Arg. supra n. 1665. — Egg. n. 5270.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05166-0384-7

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1891

Band/Volume: 74

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 371-388